


molius Polonus mihi dedit, Consulibus nostris ut exemplo proffit. Salutem tuæ conjugii precatur mea Lavinia, quam Martham rectius dixeris. Bene vale d. 13. Martii 1583. Basileæ.

*Tuus ut semper antehac*

J. Grynæus.

## EPISTOLA XXV.

**S** Legi tuas literas, magna mea cum voluptate, quod ex iis didicissem, tibi, providentia divina, *σύζυγον*, ex præclara Muffeliana familia, obtigisse. (a) Gaudium autem meum conduplicatum fuit epistola Monavii nostri, in qua ille scribit, Dn. Martinum Schillingum, Patricium Vratislaviensem (qui nisi fallor tuo tempore aut paulo post meus *σύσσιτ*  fuit, & non minus prudentia & doctrina, quam generis nobilitate excellit) sponsum esse factum. Intellexeram autem paulo ante, meum carissimum fratrem Dn. Doct. Fabricium (b) *πιαμ*,

E 4

bene

(a) hocque factum A. 1583. d. 23. Aprilis, qua *Mariam, Gabrielis Muffelii & Mariæ Plodtin* filiam. in matrimonium duxit. Obiit uxor A. 1632. d. 1. August.

(b) *Andream*. Natus est 1547. & postquam *Vratislavia*